Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Magni Capitvlatio De Partibvs Saxoniae

Karl <I., Römisch-Deutsches Reich, Kaiser>

[S.l.], 1663

In alio vetusto Ms. Palat. subiungitur concilio Liftinensi anni DCCXLIII. abrenuntiatio diaboli operumque eius ... cum indiculo superstitionum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11298

Visual Library

mittitur pro vno ſolido: ſimiliter & vernum tempus quando de ſtabulo exiit, & deinceps quantum ætatem auxerit, tantum in pretio creſcat. De annona vero bortrinis pro ſol. 1. ſcapilos XL donant, & de ſigale XX. ſeptentrionales autem pro ſolido ſcapilos XXX dent, & ſigale XV. Mel vero pro ſolido bortrenſi ſiglæ 1 & medio donant: ſeptentrionales autem duos ſiclos de melle pro 1. ſolido donent. Item hordeum mundum ſicut & ſigale pro 1. ſolido donent. In argento XII denarios ſolidum faciant; & in aliis ſpeciebus ad iſtud pretium omnes æſtimationes compoſitionis ſunt.

EXPLICIT CAPITVLARE SAXONVM.

In alio vetuſto MS. Palat. ſubiungitur concilio Liſtinenſi anni DCCXLIII. abrenuntiatio diaboli operumque eius, & breuis profeſsio fidei, veteri lingua Theotiſca, cum indiculo ſuperſtitionum, a quibus populum epiſcoporum ſollicitudine reuocandum ſynodus illa ſtatuit, parte 1. can. 5. quo vix vllum antiquitatis Germanicæ monumentum vetuſtius extat: annos enim ſuperat DCCCC.

FORSACHISTV diobolae?Et reſp.Ec forſacho diobolae. End allum diobol gelde ? Reſp. End ec forſacho allum diobol gelde. End allum dioboles wercum? Reſp. End ec forſacho allum dioboles wercum vnd vuordum; thuna eren de vuoden end ſaxnote; ende allem them vnholdum, the hira genotas ſint. *Profeſsio fidei.*

Gelobiſtu in got almehtigan fadaer? Reſp. Ec gelobo in got almehtigan fadaer. Gelobiſtu in Criſt godes ſuno? Reſp. Ec gelobo in Criſt gotes ſuno.Gelobiſtu in halogan gaſt?Reſp. Ec gelobo in halogan gaſt.

Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum.

De ſacrilegio ad ſepulcra mortuorum
De ſacrilegio ſuper defũctos, i.e.Dadſiſas.
De ſpurcalibus in Febr.
De caſulis, id eſt, fanis.
De ſacrilegiis per eccleſias.
De ſacris ſiluarũ, quæ Nimidas vocãt.
De his quæ faciunt ſuper petras.
De ſacris Mercurii vel Iouis.
De ſacrificio quod fit alicui ſanctorũ.
De phylacteriis & ligaturis.
De fontibus ſacrificiorum.
De incantationibus.

De auguriis, vel auium vel equorum vel bouum ſtercore, vel ſternutatio-(ne.
De diuinis vel ſortilegis.
De igne fricato de ligno, i.e. Nodfyr.
De cerebro animalium.
De obſeruatione pagana in foco, vel in inchoatione rei alicuius.
De incertis locis quæ colũt pro ſacris
De petẽdo quod boni vocãt S. Mariæ.
De feriis quæ faciũt Ioui vel Mercurio.
De Lunæ defectione; quod dicunt Vinceluna.
De tempeſtatibus, & cornibus, & co-(cleis.
De ſulcis circa villas.
De pagano curſu, quem Yrias nominant, ſciſſis pannis vel calceis.
De eo quod ſibi ſanctos fingunt quoslibet mortuos.
De ſimulacro de conſparſa farina.
De ſimulacris de pannis factis.
De ſimulacro quod per cãpos portãt.
De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.
De eo quod credunt quia feminæ lunam cõmendent, quod poſſint corda hominum tollere iuxta paganos.

FINIS.